

qui melius quam alius declarat: istud apertè probat *lex 3. tit. 2. partit. 4.* Et de eodem modò vitricus non succedit privigno, vel è contrariè text. in *leg. Vitrico, Cod. Comm. de success.* & ibi notant Bald. Paul. de Castr. Raph. Corn. & communiter DD. licet loco patris habeatur: ut in *leg. Si paterno affectu, Cod. de Negot. gest.* Similiter etiam non succedit quis ab intestato suo patri spirituali, neque è contra; quia inter eos est quædam gratuita, & sancta communio: quæ non est dicenda consanguinitas, sed spiritualis proximitas: ita notant Nicol. de Ubald. in *Tractat. de Success. ab intestat. 4. column. num. 13.*

25 Item adde, quòd eodem modò, si quis moritur ab intestato in Hospitali tamquam advena, peregrinus, vel ex devotione, vel ex eo quòd verè sit pauper, non potest in aliquo succedere Hospitali, vel alius quilibet privatus, vel publicus hospitator: text. est in *Authentic. Omnes peregrini, Cod. Comm. de succes. ibi: Si verò intestati decesserint, ad Hospitem nihil perveniet, & ibi tenent Bart. Bald. Angel. Paul. & communiter DD. text. in cap. Nos Federicus, §. Omnes peregrini, de Statutis, & consuetudinibus contra libertates Ecclesie editis, &c. in Usib. feud. & idem disponunt *leges 30. & 31. tit. 1. partit. 6.* quas vide, *leg. 2. & 3. tit. 9. lib. 1. Ordinament.* Unum tamen nota, quòd isto casu, deficiente omni linea, dato quòd non possit in aliquo succedere Hospitali, tamen non succedat Fiscus; sed bona defuncti debent tradi Episcopo loci ubi decessit, & per eum debent erogari in causas pias: text. est in *diff. Authentic. Omnes peregrini*, versic. *Si verò*, & sic isto casu excluditur Fiscus: & per illum text. ita expressè tenent ibi Bald. *column. 1. n. 3.* Angel. *ibi*, & Corn. *column. 2. num. 2.* & ita disponit expressè *lex 31. tit. 1. partit. 6.* Quòd tamen intellige in bonis mobilibus: quòd patet, quia illa tantum portat secum talis advena, vel peregrinus; unde, secus esset in rebus immobilibus: & ita declarant ibi Bald. & Angel. & hoc est tenendum, quicquid ibi dicat Corn.*

26 Postremò in nostra materia Successionis ab intestato adde, quòd si quis decedat ab intestato, non relictis descendentes, ascendentes, vel collateralibus, nec conjuge; tunc succedit Fiscus universaliter: text. est in *§. final. ff. de Jure Fisci, textus in leg. 1. Cod. de Bonis vacantibus, lib. 10.* cujus verba sunt: *Scire debet Gravitas tua, intestatorum res qui sine legitimo hærede decesserint fisci nostri rationibus vendendas*, text. in *leg. Vacantia, eod. tit. textus in leg. Jubemus, versic. Intestatorum, Cod. de Præpositis sacri cubiculi, &c. lib. 12. text. in leg. 1. Cod. Unde vir & uxor, in fin. text. in leg. Si bona, Cod. de Bonis autorit. Judic. possid. text. in leg. 1. post princ. ff. de Success. edit. text. in leg. unica, §. Cum au-*

tem, versic. *Quod si hoc non sit, Cod. de Caducis tollend. & idem disponit lex 6. in fin. tit. 13. partit. 6.* Et adde, quòd potest constare non esse hæredem legitimum, quando ad instantiam fisci fiunt proclama, & bannimenta, ut intra certum tempus appareat, si sit aliquis legitimus hæres: istam practicam ponit Paulus in *dicta lege Si bona, Cod. de Bonis autor. jud. poss.*

Item adde, quòd hoc casu, si aliquod monasterium, vel persona habeat privilegium à Rege petendi bona intestatorum, debet intelligi ut habeat bona defuncti ab intestato, eo casu quo non sit aliquis legitimus successor, sed bona pertinerent fisco: quia loco ejus habebit monasterium, vel persona quæ habeat illud privilegium: ita disponit *lex 1. tit. 8. lib. 1. Ordinament. & lex 8. tit. 12. lib. 3. Ordinament.* Hodie tamen, quando talibus conceditur privilegium petendi quintum bonorum descendentes ab intestato, intelligitur si non habeat descendentes, nec collaterales legitimos usque ad quartum gradum, ita *Pragmatic. fol. 160. column. 4.*

T E X T. I X.

Los hijos bastardos ilegítimos, de qualquier calidad que sean, no puedan heredar à sus madres ex testamento, ni ab intestato, en caso que tengan sus madres hijo, ò hijos, ò descendientes legítimos: pero bien permitimos, que les puedan en vida, ò en muerte mandar fasta la quinta parte de sus bienes, de la qual podrian disponer por su alma; y no mas, ni allende. Y en caso que no tenga la muger hijos, ò descendientes legítimos, aunque tenga padre, ò madre, ò ascendientes legítimos, mandamos, que el hijo, ò hijos, ò descendientes que tuviere naturales, ò spurios, por su orden y grado le sean herederos legítimos ex testamento, y ab intestato: salvo si los tales hijos fueren de damnado, y punible ayuntamiento de parte de la madre; que en tal caso mandamos, no puedan heredar à sus madres ex testamento, ni ab intestato: Pero bien permitimos, que les puedan en vida, ò en muerte mandar fasta la quinta parte de sus bienes, y no mas, de lo que podian disponer por su alma: Y de la tal parte, despues que la ovieren, puedan disponer en su vida, ò al tiempo de su muerte los dichos hijos ilegítimos, como quisieren. Y queremos, y mandamos, que entonces se entiendan y diga damnado y punible ayuntamiento quando la madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural: salvo si fueren los hijos de Clerigos, ò Frayles, ò Freyles, ò de Monjas professas; que en tal caso, aunque por

el tal ayuntamiento no incurra la madre en pena de muerte; mandamos, que se guarde lo contenido en la Ley que hizo el Señor Rey Don Juan el Primero en la Ciudad de Soria, que habla sobre la sucesion de los hijos de los Clerigos.

Id est:

Spurii ilegítimi, cujuscumque sint qualitatis, non possunt matrum esse hæredes ex testamento, neque ab intestato, si matres habeant filium, aut filios, aut descendentes legítimos: Benè tamen permitimus, ut aut in morte, aut in vita possint eis legare usque ad quintam partem suorum bonorum, (de qua pro anima sua possunt disponere) & non amplius, neque præterea. Ceterum si mulier non habuerit filios, aut descendentes legítimos, etiamsi habeat patrem, aut matrem, aut ascendentes legítimos, Præcipimus, ut filius, aut filii, aut descendentes quos habuerit, naturales aut spurii, suo ordine & gradu sint ei hæredes legítimi ex testamento, & ab intestato: Nisi ejusmodi filii fuerint ex damnato, & punibili concubitu ex parte matris: Nam in ejusmodi casu præcipimus, ne matrum hæredes esse possint ex testamento, neque ab intestato; Benè tamen permitimus, ut possint illis, vel in morte vel in vita legare usque ad quintam partem suorum bonorum, (scilicet) non amplius eo de quo possent pro anima sua disponere. De qua parte ilegítimi ejusmodi, post quam eam habuerint, possint aut in vita, aut in morte, prout libuerit, disponere. Et volumus, & præcipimus, ut damnatus, & punibilis concubitus intelligatur, & dicatur, cum mater per ejusmodi concubitus incurrerit in pœnam mortis naturalis: Nisi proles fuerint ex Clericis, aut Monachis, aut Comendatariis, vel Equitibus professis Ordinum Militarium (hoc est Freyles) aut Monacharum professorum: Nam in ejusmodi casu, etiamsi in pœnam mortis non incurrat mater, præcipimus ut observetur quod habet Lex à D. Rege D. Joanne I. Sorie condita; in qua agitur de filiorum Clericorum successione.

T E X T. X.

Mandamos, que en caso que el padre ò la madre sea obligado à dar alimento à alguno de sus hijos ilegítimos en su vida, ò al tiempo de su muerte, que por virtud de la tal obligacion no le puedan mandar mas de la quinta parte de sus bienes, de la que podia disponer por su alma; y por causa de los dichos alimentos, no sea capáz el tal hijo ilegítimo: De la qual parte, despues que la oviere el tal hijo, pueda en su vida, ò en su muerte facer lo que quisiere, ò por bien tuviere. Pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuviere hijos, ò descendientes legítimos; Mandamos, Anton. Gomez. ad Leg. Tauri.

que el padre le pueda mandar justamente de sus bienes todo lo que quisiere, aunque tenga ascendientes legítimos.

Id est:

Præcipimus, ut in casu quo pater, aut mater teneantur præstare victum alicui ex suis filiis ilegítimis, dum vixerit, aut in tempore mortis suæ, non possit virtute ejus obligationis ei legare ultra eam quintam partem suorum bonorum, de qua pro anima sua poterat disponere; neque propter ejusmodi victum, filius ilegítimus sit capaciosior (scilicet amplioris hæreditatis): De qua pater postquam eam habuerit, possit aut in vita, aut in morte, prout voluerit, aut ei libuerit disponere. Verum si ejusdem filius fuerit naturalis, & pater non habuerit filios, aut descendentes legítimos; Præcipimus ut pater justè possit ei legare ex suis bonis quantum voluerit, etiamsi habeat legítimos ascendentes.

T E X T. X I.

Y Porque no se pueda dudar quales son hijos naturales: Ordenamos, y mandamos, que entonces se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que nascieren, ò fueren concebidos, sus padres podian casar con sus madres justamente sin dispensacion: con tanto, que el padre le reconozca por su hijo, puesto que no aya tenido la muger de quien lo ovo en su casa, ni sea una sola: Ca concurriendo en el hijo las calidades susodichas, mandamos que sea hijo natural.

Id est:

Ne in dubium verti possit; Qui sint filii naturales? Ordinamus, ac præcipimus, aut proles tunc naturales esse dicantur, cum tempore natiuitatis, aut conceptionis ipsorum patres ducere potuissent eorum matres justè, & absque dispensatione, modò ipsum pro filio recognoscat pater, quamvis non habuerit domi suæ eam fœminam de qua illum suscepit, nec fuerit una sola. * Supradictis enim qualitibus in prole concurrentibus; Præcipimus, ut sit proles naturalis.

* Id est, quamvis habuerit plusquam unam concubinam.

T E X T. X I I.

Si alguno fuere legitimado por rescripto, ò privilegio nuestro, ò de los Reyes que de Nos vinieren, aunque sea legitimado para heredar los bienes de sus padres, ò madres, ò de sus abuelos; y despues su padre, ò madre, ò abuelos ovieren algun hijo, ò nieto descendiente legítimo, ò de legítimo matrimonio nascido, ò legitimado por subsiguiente matrimonio; el

tal legitimado no pueda succeder con los tales hijos, ò descendientes legitimos, en los bienes de sus padres, ni madres, ni de sus ascendientes ab intestato, ni ex testamento; salvo si sus padres, ò madres, ò abuelos, en lo que cupiere en la quinta parte de sus bienes, que pudieran mandar por su alma, les quisieren alguna cosa mandar: que fasta en la dicha quinta parte bien permitimos que sean capaces, y no mas: Pero en todas las otras cosas, ansi en succeder a los otros parientes, como en honras, & preeminencias que han los hijos legitimos: Mandamos, que en ninguna cosa difieran de los hijos nacidos de legitimo matrimonio.

Id est:

Si aliquis fuerit legitimatus per rescriptum, aut privilegium nostrum, vel Regum à nobis descendendum, quamvis legitimatus fuerit in eum finem, ut hereditario jure possit succedere in bonis paternis, aut maternis, aut avitis; posteaque pater, aut mater, aut avi susceperint filium, aut nepotem descendentem legitimum, aut ex legitimo matrimonio natum; aut per subsequens matrimonium legitimatum; non possit cum ejusmodi filiis, aut legitimis descendentibus succedere in bonis paternis, aut maternis, nec suorum ascendentium ab intestato, neque ex testamento; nisi ejus pater, aut mater, aut avus quicumque ei legare voluerint intra quintam partem suorum bonorum, quam legare pro anima sua possent: Bene enim permittimus ut ejusmodi illegitimi intra prædictam quintam partem, & non amplius, sint capaces. Cæterum in omnibus aliis rebus, tam in succedendo aliis consanguineis, quam in capessendis honoribus, & præminentibus, quas habent legitimi, præcipimus ut in nulla re differant ab iis, qui ex legitimo matrimonio sunt nati.

COMMENTARI I

In Legem IX. X. XI. & XII.

SUMMARIUM.

- 1 Quis dicatur filius naturalis?
- 2 Filii nati ex unica concubina retenta in domo, an dicantur filii ejus, etiamsi per patrem non recognoscantur?
- 3 Si filii sint nati in domo, an censeantur filii mariti, etiamsi uxor expressè confiteatur non esse mariti?
- 4 In quo succedat filius naturalis.
- 5 Quomodo succedant filii naturales ex testamento de jure Codicis, & Authenticorum.

- 6 Quæ dicta sunt in filio naturali, an habeant locum in nepote?
- 7 Hodie de jure Regio, quo modo succedat filius naturalis?
- 8 Ea quæ dicta sunt in filiis, an habeant locum in ascendentibus?
- 9 Qualiter filii naturales succedant matri?
- 10 De jure Regio quid sit?
- 11 Si pater in testamento nihil reliquit filio naturali, sed illum præterit, an possit agere aliquo remedio contra testamentum patris?
- 12 An filius, si in testamento matris non est institutus, possit rumpere testamentum?
- 13 Dicta in filiis naturalibus, an habeant locum in filiis natis ex damnabili coitu?
- 14 De jure Regio quis dicatur filius natus ex damnabili coitu.
- 15 Si filius sit natus ex Sacerdote, vel Religiosa, an succedat patri, vel matri?
- 16 An per legem possit disponi quod filius natus ex damnabili coitu succedat patri, & matri?
- 17 An filius natus ex damnabili coitu possit institui ab avo?
- 18 An sit aliquis modus tutus, tam de jure, quam de foro conscientie, per quem possit pater relinquere filio spurio aliquid ultra alimenta?
- 19 An filius incapax institutus sub conditione, si legitimetur, poterit interim, pendente conditione, petere se mitti in possessionem bonorum?
- 20 An pater possit incapacem substituere pupillariter alii filio impuberi legitimo?
- 21 Si pater instituit filium incapacem qui nihil potest habere, cui applicatur talis hereditas?
- 22 Si hæres institutus accomodavit tacitam fidem de restituenda aliqua parte hereditatis, an fisco applicetur illa pars tantum, vel tota hereditas?
- 23 Hæres qui accomodavit tacitam fidem, an privetur hereditate?
- 24 Qualiter possit constare de isto tacito fideicommisso?
- 25 Conjecturæ per quas probetur tacitum fideicommissum.
- 26 Si filio spurio, & incapaci restituantur bona ex tacito fideicommisso, an condemnetur in fructibus à die restitutionis?
- 27 Hæres tacite gravatus, an teneatur in foro conscientie restituere bona Fisco?
- 28 Hæres qui accomodavit tacitam fidem, an restituat bona fisco Regali, vel Ecclesiastico?
- 29 In confiscatione, an attendatur hæres rogatus, vel ille cui restituantur bona?
- 30 Si quis Fisco manifestavit, quod incapaci

- aliquid erat relictum, an consequatur ali- quod præmium?
- 31 Accomodans tacitam fidem, quæ pendet puniatur?
- 32 An pater possit per viam contractus relinquere aliquid filio incapaci?
- 33 Si donatio sit facta filio incapaci, & alteri filio capaci, an portio spurii, & incapacis accrescat capaci?
- 34 Per contractum onerosum, an possit pater relinquere filio incapaci bona sua?
- 35 Quando pater possit bona suo filio vendere?
- 36 Filiis incapacibus, an debeantur alimenta?
- 37 Quomodo intelligatur text. in cap. Cum haberet. de Eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.
- 38 Parentes an possint compelli alimenta filio incapaci præstare?
- 39 De jure communi, quid debeat pater relinquere pro alimentis filio suo?
- 40 Quid præstet de jure Regio?
- 41 Alimenta quæ pater dedit filio incapaci, an transeant ad hæreses ejus?
- 42 Si pater pro alimentis assignavit filio certum fundum, an possit pater gravare filium ut fundum alteri restituat?
- 43 Pater Clericus, si vellet dotare filiam, quantum dotem ei præstabit?
- 44 Materia de tacito fideicommisso habet locum etiam in parentibus.
- 45 An iste filius teneatur alimenta præstare patri?
- 46 An isti filii succedant consanguineis patris, vel matris?
- 47 De jure Regio, filius naturalis tantum cui succedat?
- 48 Si filius naturalis tantum ex parte matris decedat ab intestato, relicto fratre naturali ex eadem matre, & relicto fratre ex legitimo matrimonio, quis admittatur?
- 49 Si filius naturalis decedat ab intestato, relicto fratre naturali ex matre, & ex eodem patre, & relicto fratre ex diverso, quis admittatur?
- 50 An filii nati ex damnabili coitu possint succedere collateralibus ex parte matris?
- 51 An & quando filius incapax successionis succedat in dignitate, & nobilitate parentum?
- 52 Filius naturalis an possit accusare de morte patris?
- 53 Pœna inhabilitationis, quæ filiis legitimis infertur propter delictum patris, an habeat locum in naturalibus?
- 54 Quibus modis fiat legitimatio?
- 55 Intellectus ad textum in cap. Tanta. Qui filii sint legitimi?

- 56 An legitimatio per subsequens matrimonium valeat, etiamsi pater sit in articulo mortis?
- 57 In quibus casibus legitimatio non valeat per subsequens matrimonium?
- 58 Quando dicitur constare præsumptivè de fraude, ut legitimatio non valeat?
- 59 & 60 Si quis habet filios naturales, & contrahat matrimonium cum legitima uxore; & ea mortua, contrahat cum concubina; an legitimentur filii?
- 61 Si quis habet filium naturalem, & ex eo nepotem, si moriatur filius, & post mortem ejus avus contrahat matrimonium cum concubina, an legitimetur nepos?
- 62 Legitimatio in cuius favorem sit inducenda?
- 63 & 64 Si quis habet filium naturalem, & postea habuit filium legitimum; & mortua legitima uxore, contrahit matrimonium cum concubina; Quis istorum præferatur in successione?
- 65 In allegationibus causarum, an possit allegari æquitas, & ratio naturalis pro lege?
- 66 Filius legitimatus an habeatur in omnibus pro legitimo?
- 67 Si extant filii legitimi, an succedant filii naturales legitimi.
- 68 In casu quo filius naturalis succedat cum legitimis, in qua parte succedat.
- 69 Filii legitimi an succedant agnatis, & cognatis, & Ipsi succedant eis?
- 70 Si Princeps ad instantiam patris legitimerit filium, apposita clausula, quod non succedat nisi in his quæ pater velit sibi relinquere, an valeat legitimatio?

NOta decisionem hujus legis in omnibus suis membris, & casibus circa filios naturales: Pro cuius perfecta declaratione dico, quod filius naturalis est ille: Qui est natus, ex unica concubina retenta in domo, & utroque soluto, ex quibus indubitanter videatur procreatus. Text. est in Authentic. Quibus modis natur. eff. sui. cap. 12. §. Si quis autem defunctus. Collat. 7. text. in Authentic. de Trient. & semis. cap. Consideremus. Collat. 3. text. in l. unica. Cod. de Conub. text. in Authent. Licet. Cod. de Natur. liber. text. in l. 1. & per tot. tit. 13. & 14. 4. partit. & in expresso ita definit Bart. in l. penult. ff. de Conub. post Glos. Dyn. & Antiquos. Azo. in Summa. Cod. de Natur. liber. 1. column. idem Azo. in Summa. Cod. de Conub. in fine. Bald. in dict. Authent. Licet. Cod. de Natur. liber. Angel. de Perus. in l. Si qua illustris. Platea in §. fin. Institut. de Nupt. 1. column. Angel. in §. Novissime. Instit. Ad Orphit. 1. column. Dyn. in Tractat. de Succes. ab intestat. 2. col. Specul. in tit. de Succes. ab

ab intestat. §. 1. vers. Nunc de Naturalium. Hostiens. in tit. de Success. ab intestat. vers. Et nota Anton. Abb. & alii DD. in cap. Per Venerabilem. Qui filii sint legitimi. Glos. ordinar. & ibi DD. in cap. Nisi cum pridem. de Renunc. (A)

Sed advertendum, quod hodie corrigitur hoc per leg. 11. infra. His leg. Taur. quia non requiritur quod sit unica, & retenta in domo, sed tantum quod filii predicti sint nati ex soluto, & soluta, inter quos justè possit esse matrimonium sine dispensatione: & ita tenet Roder. Suar. in l. 1. tit. 6. lib. 3. For. Leg. 88. versic. Hoc præsuppositò, ubi plus dicit, quod etiam ante l. Taur. ita practicabatur, sicut hodie decisum est: & adhuc ante prædictam l. Taur. hoc probat lex 8. tit. 13. 6. part. (b)

Ex quo notabiliter infero in practica, quod si quis habuit concubinam extra domum, ad quam notoriè dicitur habuisse accessum, ex qua nati sunt filii; quod si pater non recognoscat eos, non debent judicari ejus filii quoad successionem, & alimenta: si verò semper habuit eos pro filiis, tunc censentur ejus; si verò aliquando recognovit, sed postea mutato proposito, negavit eos esse filios, crederem quod in omnibus debent haberi pro filiis. (c)

2 Item notabiliter dico, quod quando concubina esset unica, & retenta in domo, & ex ea filii essent nati, præsumuntur filii ejus, dato quod numquam per patrem recognoscantur. Ista omnia apertè colligo ex mente dict. leg. 11. Taur. & probat text. notabilis in cap. Per tuas. de Probat. & ibi notant Abbas. 1. notab. Anchar. 2. notab. Felin. 1. column. in 1. notab. & communiter DD. & in expressò hoc vult Glossa ordinaria in cap. Michael. de Filiis Præsbyt in gloss. 1. quam sequuntur Innocent. Cardin. Abbas, & communiter DD. & reputat singularem Anchar. & illam Glossam ad hoc dicit singularem Abbas, in cap. Transmissæ. Qui filii sint legitimi. 2. column. num. 9. & hoc voluit expressè Alber. in leg. Filium eum definimus. de His qui sunt sui vel alien. jur. 3. column. num. 5. (d) Confirmatur etiam: quia sicut in matrimonio præsumuntur filii proprii, & legitimi ex eo quod

dominati sunt propter cohabitationem; & non sufficeret contradictio patris: ut in leg. Filium eum definimus. ff. de His qui sunt sui, vel alien. jur. & ibi notant Odofred. Bart. Alber. Bald. Angel. & communiter DD. text. in leg. Si vicinis. Cod. de Nuptiis. Cyn. Angel. Salic. & communiter DD. text. in leg. Non nudis. Cod. de Probat. text. in leg. Quia semper. ff. de in Jus vocand. ibi: Pater verò is est, quem nuptiæ demonstrant: text. in Authent. Quibus modis natur. eff. sui. cap. Palam. §. Legitimi. vers. Quapropter. Collat. 7. ibi: Quapropter nuptiis procedentibus, ex hoc ipso sunt successiones certæ. Ita dicamus in proposito, quod quando quis habuit concubinam unicam retentam in domo, filii ibi nati præsumantur sui, etiamsi per eum non recognoscantur. Quod est verum, etiamsi probetur quod prædicta uxor tempore matrimonii erat inhonesta, imò meretrix; quia etiam hoc casu filius ex ea natus præsumitur esse mariti, & sic legitimus: text. est singularis in jure in leg. Miles. §. Defuncto. in fine. ff. de Adulter. ibi: Cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse. & ad hoc ibi Angel. de Perus. & illum textum ad hoc dicit unicum Bald. in l. Si matre. num. 2. Cod. de Suis & legit. liber. illum etiam text. dicit unicum Angel. de Perus. in leg. Septimo mense. ff. de Statu homin. notat etiam Bald. ad hoc in leg. Filium eum definimus. ff. de His qui sunt sui vel alien. jur. 1. lect. 2. column. in fin. num. 11. idem Bald. in l. Si vicinis. Cod. de Nupt. illum etiam ad hoc dicit valde notabilem Abb. in cap. penultim. de Adult. penult. column. num. 7. idem Abb. in cap. Transmissæ. Qui filii sint legitimi. 2. column. num. 9. Et idem est in concubina retenta in domo: ita tenet Abb. per text. ibi, in cap. Per tuas. de Probat. 2. column. num. 2. & communiter DD. Idem Abb. in dict. cap. Transmissæ. Qui filii sint legitimi. 2. column. num. 9. per Glossam, quam reputat singularem, in cap. Michael. de Filiis Præsbyt. Tamen debet intelligi, nisi tanto tempore maritus fuit absens, quod naturaliter non possit esse filius ejus, sed alterius: ita probat textus notabilis in dict. l. Filium eum definimus. de His qui sunt sui

(A) Vide Paleot. de Nothis, spuriisque filiis. tit. 11. & 12. Velazq. hic glos. 1. numer. 1. Matienz. in leg. 9. tit. 8. lib. 4. Recopilat. glos. 2. num. 2. Tell. in leg. 11. num. 1. Aceved. in dict. leg. 9. tit. 8. lib. 5. Recopilat. num. 1. Gom. Arias hic num. 1.

(b) Tenet etiam Covarrub. de Sponsal. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 2. Gregor. Lopez. in leg. 2. glos. penultim. tit. 4. & in leg. 1. glos. 1. tit. 15. part. 4. cum pluribus aliis, quos congerit Matienz. ubi supra. num. 5. ad finem.

(c) Ita Matienz. in leg. 9. glos. 4. num. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat.

(d) Idem docet Covarrub. de Spons. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 7. Avendañ. in suo Dictionario. verb. Hijos naturales. Dueñ. alios allegans. in Reg. 344. ampliacione 3. Matienz. alios etiam referens, in dict. leg. 9. glos. 4. num. 2. tit. 8. lib. 5. Avilès in cap. 5. Prætorum. cap. 43. verb. O casado. Aceved. in dict. leg. 9. Recopilat. num. 11.

sui, vel alieni jur. & ibi commendant DD. & tenet Abbas in dicto cap. Per tuas, 2. column. n. 3. (e) tenet etiam Glossa in cap. Dixit Dominus, Caus. 32. quæst. 1. Pro qua conclusione facit lex 13. infra. His leg. Tauri.

3 Item etiam procedit, quod ex eo quod nominatus est, debet præsumi filius mariti; ut habeat locum, etiamsi uxor expressè confiteatur non esse filium mariti, sed alterius: (f) textus est notabilis in leg. penultim. ff. de Probat. & ibi notant Odofred. Bald. Salic. Fulg. & Jacobin. de Sancto Georg. & idem disponit lex 9. tit. 14. 3. partit. Ex quo dicebat Cyn. in leg. Si vicinis. Cod. de Nupt. final. quæst. quod in foro conscientie potest quis retinere Regnum, majoratum, vel hæreditatem patris, licet mater in vita, vel articulo mortis asserat non esse filium mariti, sed alterius: & sequuntur ibi Angel. & Salic. tenet etiam Bart. in leg. Si quis in gravi, §. Si quis mortuus, ff. Ad Syllaniam. tenet etiam Abb. per text. ibi, in cap. Per tuas, de Probat. 2. column. num. 4. idem Abb. in cap. Transmissæ. Qui filii sint legitimi, 1. column. num. 4. ibi Præpos. 2. column. num. 5. dicens, hanc esse communem opinionem. Adde tamen, quod Hostiens. in cap. Officii, de Penit. & remis. 2. column. vers. Sed si quis filius, dicit, quod imò in conscientia non est securus, quia matri credendum est, quæ melius alio veritatem cognovit, & non est præsumendum quod falsum contra filium dicat. Abbas tamen ibi 1. column. num. 4. concordat, dicendo, quod si ipse filius ex dicto matris non habet conscientiam læsam, nec vult credere matri, est securus in conscientia; aliàs non: quam concordiam sequitur Jacobin. de Sancto Georg. in dict. leg. penult. ff. de Probationib. 2. column. num. 9. Subtile tamen dubium: si talis uxor verè scit, quod habuit filium ab alio, & non à marito, an teneatur in foro conscientie revelare filio; vel quid teneretur in hoc casu facere? de quo vide ea quæ posui in materia Delictorum, in delicto Adulterii.

4 Quibus omnibus præsuppositis, magistratè dico, quod talis filius naturalis de jure antiquo nullo modo succedebat patri, neque erat illo jure cognitus: textus est in leg. Humanitatis, Cod. de Naturalib. liber. ibi: Et licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem haberent, & ibi communiter notant DD. (g) Hodiè tamen succedet in duabus unciis, deficientibus filiis legitimis, & uxor propria ipsius patris: textus est in Authent. Licet, versic. Ab

intestato, Cod. de Naturalib. liber. cujus verba sunt: Ab intestato verò, cum desit soboles civilis, nec supersit conjux legitima: si naturales ex concubina extant, quæ sola fuerit ei dubitato affectu conjuncta, in duas paternæ substantiæ uncias succedant, & ibi communiter DD. text. in Authent. Quibus modis natur. eff. sui. cap. 12. §. Si quis autem defunctus, Collat. 7. ibi: Et intestatis parentibus defunctis, duas paternæ substantiæ uncias habere, text. in Authent. de Trient. & sem. cap. Consideremus, vers. Nunc enim, Collat. 3. Adde tamen quod non potest congruam rationem inveniri, per quam conjux legitima patris noceat filiis naturalibus, ut, ea extante, non possit succedere in his duabus unciis; cum ipsa non debeat ei in aliquo succedere, extantibus consanguineis: Reperio tamen, quod Hostiens. in Summ. Qui filii sint legit. §. An utrumque genus, 2. column. dicit, quod ratio est favor matrimonii, nec uxor inde afficiatur invidia, videns filios naturales non ex se habitos succedere; ideò noluit lex, quod ea vivente, naturales in aliquo succedant, sed penitus sint exclusi: argumento textus in leg. 2. ff. Rerum amotarum, & in leg. 2. Cod. eod. tit. Et confirmatur ultra ipsum: quia propter invidiam evitanda est inducta à lege collatio inter fratres, ut notatur per Bald. & Paul. & scribentes in Rubric. Cod. de Collat. Hodiè tamen in nostro Regno decisum est, quod etiam extante conjuge legitima, succedant prædicti filii naturales in duabus unciis: text. est in leg. 9. tit. 13. 6. partit. Item etiam adde, quod ad hoc ut isti filii naturales succedant in duabus unciis, requiritur etiam quod non supersint aliqui ex ascendentibus legitimis: secundum omnes ubi supra.

5 Ex testamento verò tales filii naturales bene sunt capaces, quia secundum jus Codicis poterant institui à patre in dimidia parte bonorum suorum, non extantibus descendentibus legitimis, nec parentibus, quibus debeatur legitima: text. in leg. Humanitatis, Cod. de Natur. liber. ibi: Sed etiam ex duplici portione, id est, sex unciis, hæredes scribere, & ibi communiter DD. Extantibus verò legitimis descendentibus, vel ascendentibus, quibus debeatur legitima, non potest pater relinquere filiis suis naturalibus nisi unam unicam tantum: text. est in leg. 2. Cod. de Natur. liber. & ibi communis opinio: tenet etiam Azo. in Summa illius tit. 2. column. num. 4. Glossa & communis opinio in leg. Qui testamentum, ff. de Probat. & istam conclusionem tenet Paul. de Castr. in leg. Si si qui

(e) Idem Matienz. in leg. 2. tit. 8. lib. 5. glos. 4. num. 6.

(f) Vide Paleot. de Nothis, idem tenentem, cap. 24. & Barbat. Cons. 58. tom. 1. Dec. Cons. 657. cum aliis quos idem Paleot. per tot. cap. allegat: Sot. de Justitia & jure, lib. 4. quæst. 7. artic. 2.

(g) Idem tenet Matienz. in leg. 9. tit. 8. lib. 5. Recopilat. glos. 1. num. 1. cum aliis quos ipse allegat: Covarrub. de Spons. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 9.

qui ex bonis, in princip. num. 3. ff. de Vulgar. & pupil. & ibi Alexand. in princip. n. 1. Jas. 1. columm. n. 2. licet Bart. ibi per errorem dixerit, in duabus unciis. Bart. & Imol. & communiter DD. in leg. Lucius, eod. tit. Angel. in Authent. Quibus mod. natur. eff. sui, §. fin. Collat. 7. Quid autem sit de jure antiquissimo Digestorum? Vide Imol. & DD. in dict. l. Lucius. Hodie verò de jure Authenticorum, non extantibus descendentes legitimis, nec ascendentes quibus debeatur legitima, potest pater omnia bona sua in vita, vel in morte relinquere filio naturali text. est in Auth. Licet in princ. Cod. de Natur. liber. cujus verba sunt: Licet patri sine legitima prole, seu parente, cui relinqui necesse est, decedenti, naturalibus totam substantiam suam, vel inter vivos largiri, vel in testamento transmitti, text. in Auth. Quibus mod. natur. eff. sui, cap. Discretis, §. Si verò filios, Collat. 7. & ista decisio hodie confirmatur per l. 8. tit. 13. partit. 6. Extantibus verò legitimis descendentes, non potest pater relinquere in vita, vel morte filio naturali, nisi unam unicam, sicut de jure antiquo poterat; & aperte confirmatur in dict. l. 8. tit. 13. 6. partit. Extantibus verò ascendentes legitimis quibus debetur legitima, tenetur eis suam legitimam relinquere, & alia bona potest dare in vita, vel morte filiis naturalibus: text. est in dict. Auth. Licet, cujus verba sunt: Quod si parentes dumtaxat ei supersint, legitima parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur: text. in Authent. Quibus mod. natur. eff. sui, dict. cap. & §. vers. Si verò habuerint, Collat. 7. & expressè confirmatur per dict. l. 8. tit. 13. 6. partit. Hodie verò de jure novissimo nostri Regni, si pater habeat filios legitimis, & naturales, potest relinquere quintum bonorum filio naturali, sicut potest relinquere pro

anima, vel alicui extraneo: imò etiamsi esset omnino spurio, possit relinquere pro alimentis: ita aperte disponit lex 10. infra. His leg. Taur. (h) Extantibus verò solis ascendentes, potest pater omnia bona sua relinquere filio naturali: ita determinat expressè dict. lex 10. in fin. & ante eam ita disponebat lex 1. propè fin. tit. 6. lib. 3. For. legum, licet Glos. ibi aliter intelligat. (i)

6 Item adde, quòd omnia quæ supra dicta sunt de filio naturali, habent etiam locum in nepote naturali, nato ex filio legitimo, vel in legitimo, & naturali nato ex filio naturali, vel in nepote naturali nato ex filio naturali; quia ab intestato nullo modo succedunt avo: textus in lege final. Cod. de Natur. liber. in versic. final. ibi: Jura etenim ab intestato in avi successionem nemini eorum penitus aperimus: & ad hoc notant DD. Ex quo textu singulariter nota, quòd quando nepos descendit ex medio inhabili, efficitur inhabilis quoad succedendum avo, sicut & ipse filius à quo ipse nepos descendit, erat inhabilis: nam ibi patet, quòd nepos legitimus, & naturalis, natus ex filio naturali, non succedat avo, quia pater ejus erat inhabilis. Adde tamen, quòd hodie de jure Authenticorum talis nepos, vel naturalis tantum, vel legitimus, & naturalis, natus ex filio naturali, vel naturalis tantum, natus ex filio naturali tantum, bene poterit succedere avo ab intestato in duabus unciis, sicut potest in eis succedere patri: ita notabiliter tenet Bald. licet dubitanter, ibi, in dicta lege final. propè finem: tenet etiam expressè ibi Salic. 1. column. num. 3. licet contrarium teneat Angel. in §. Novissime Institut. Ad Orphit. 2. column. in fin. (k) Ex quo subtiliter deducitur, quòd sicut habet locum representatio inter descendentes legitimis, & naturales, ita

(b) Sed quòd si pater plures, quàm quinque legitimis habet, hoc casu quintum spurio pro alimentis relinquere non posse, ne melioris conditionis, quàm legitimus sit; tenet Tell. in leg. 9. n. 26. usque ad 27. & in leg. 10. num. 10. Molin. lib. 2. de Primogen. Hispan. cap. 15. num. 51. & latè Velazq. de Avendañ. in leg. 10. glos. 2. num. 2. licet Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 3. glos. 4. num. 5. contrarium teneat: & vide infra num. 68. & quæ ibi sunt addita.

(i) Idem tenet Covarrub. in quart. 1. part. §. 4. cap. 8. in fin. quem omnino vide, & Roj. de Success. ab intestat. cap. 14. & 15. per tot. ubi de filio naturali latè loquitur: & in cap. 26. ex n. 40. usque ad fin. ubi regulam cum viginti ampliationibus scripsit: Mier. in Tractat. Majorat. 1. part. quæst. 2. num. 4. Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. glos. 2. num. 2. Aceved. ibid. 19. Velazq. de Avendañ. hic glos. 5. per tot.

(k) Ergò ea quæ in filiis naturalibus circa successionem sunt disposita, etiam in nepotibus: ut latè Matienz. ubi supra, num. 3. Covarrub. in Epitome de Sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 10. in fin. ubi objectioni Guillelm. Benedict. latè respondet; qui contrarium tenuit in cap. Raynutius, verb. Et uxorem, num. 700. de Testam. per text. in Authent. Quibus mod. natur. eff. sui, §. Nepotibus, & in leg. ultim. in fin. Cod. de Natur. liber. quæ jura id tantum probare asserit Covarrub. ubi supr. nepotes etiam legitimis ex filio tantum naturali intestato avo non succedere ut legitimis: non tamen negant dictæ leges, eos posse ut naturales succedere. Idem tenet Gregor. Lop. in leg. 8. glos. 2. tit. 13. part. 6. Roderic. Suar. in leg. 1. tit. 6. lib. 3. Fori, verb. Hæc de filiorum naturalium successione in princip. fol. 88. Pinell. hæc latè disserens, in leg. 3. num. 20. & seqq. Cod. de Bonis matern.

ita etiam inter descendentes naturales tantum. Ex testamento verò talis nepos succedebat avo, & poterat in totum institui, non extantibus legitimis descendentes, vel ascendentes; quia ratio impeditiva quæ erat in filiis propter refrenandam libidinem patris, non est in nepotibus, & ulterioribus: extantibus verò descendentes, vel ascendentes legitimis, non poterat institui, nisi in ea parte in qua filius naturalis poterat, hoc est in una unica tantum; textus est formalis, qui sic debet intelligi, in leg. fin. Cod. de Natur. liber. Hodie verò, extantibus ascendentes legitimis, posset avus bona sua relinquere prædicto nepoti naturali, vel nato ex naturali, relicta legitima ipsis ascendentes; quia ita videmus quòd est dispositum quando quis habet filios naturales; ut in dict. Authent. Licet, vers. 1. & supra dixi.

7 Ex quo notabiliter infero, quòd hodie de jure nostri Regni, licet avus habeat descendentes, vel ascendentes legitimis, relicta eis sua legitima, potest residuum relinquere dicto nepoti naturali, vel nato ex naturali, sicut posset relinquere extraneo, & sicut posset relinquere filio naturali, ut supra dictum est: imò quòd magis est, teneo pro constanti, quòd extantibus solis ascendentes legitimis, posset avus relinquere omnia sua bona prædicto nepoti naturali, vel nato ex filio naturali: & hoc, attenda leg. 10. Taur. in fine. (l) Nam si potest relinquere filio, in quo considerabatur magis vitium, & ratio impeditiva; ergò à fortiori potest relinquere nepoti: & hoc aperte fundatur ex text. in dict. leg. final. Cod. de Natur. liber. juncta ratione, & communi sententia. (m)

Item adde, quòd omnia quæ supra dicta sunt in filiis, vel descendentes naturalibus, habent etiam locum è contra in parentibus, & ascendentes naturalibus tantum respectu eorum: nam eodem jure quo succedunt filii, vel nepotes naturales patri, vel avo ab intestato, vel ex testamento, eodem modo succedunt parentes naturales eis: (n) text. est singularis in jure, qui istam regulam ponit, in Authent. Quibus mod. natur. eff. sui, cap. In quibus autem, collat. 7. cujus verba sunt: In quibus autem casibus naturales filios vocavimus ad successionem, in his quoque & ipsi decentem naturalibus patribus devotionem servant: eademque mensura sicut parentes prospiciunt naturalibus filiis secundum nostram legem, & ipsi parentibus compensent, sive in successione, seu

in alimentis, sicut superius sancivimus. & ad hoc illum textum notat singularem Bart. illum etiam textum dicit optimum ad hoc Angel. in §. Præferuntur, Institut. Ad Tertyl. final. column. Post med. text. in dict. Authent. Licet, in fin. Cod. de Natur. liber. ibi: Hi ergo & parentibus parem præsent, si opus sit, pietatem, text. in §. 1. Institut. de Servil. cogn. in vers. Hos enim liberos, cujus verba sunt: Hos enim liberos non solum suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam vocabimus. Et istam conclusionem tenet Azor. licet ista non alleget. in sua Summa, Cod. de Natur. liber. 2. column. num. 5. & idem hodie aperte disponit lex 8. in fin. tit. 13. 6. part. Confirmatur etiam: quia sicut inter parentes, & filios legitimis reciproca est successio, & alimentorum causa; ut in leg. Nam etsi parentibus, ff. de Inoffic. testament. text. in leg. Scripto, Unde liber. & in leg. Si quis à liberis, §. Utrum, & §. Parens, ff. de Liber. agnoscen. Glossa notabilis, in leg. Qui se patris, in verb. Facultatis, Cod. Unde liberi, ita debet esse inter parentes, & filios naturales tantum.

9 Et quia supra visum est qualiter filii naturales succedant patri, avo, vel ascendenti ex ejus linea: nunc operæ pretium est videre qualiter succedant matri, & ascendentes ex ejus linea. In quo articulo resolutivè dico, quòd bene succedunt matri ab intestato: text. est in leg. 1. §. 1. ff. Ad Tertyl. text. in leg. Si qua illustris, vers. final. Cod. Ad Orph. text. in leg. final. eod. tit. Quod verum est, & procedit, etiamsi tales filii sint vulgo quæsitii: text. est in dict. leg. 1. §. 1. ff. Ad Tertyl. cujus verba sunt: Sed & vulgo quæsitii admittuntur ad matris legitimam hereditatem, text. in leg. Hac parte, ff. Unde cognati, text. in leg. Si spurio, eod. tit. text. in §. Novissime, Institut. de Senatusconsult. Orphit. cujus verba sunt: Novissime sciendum est, etiam illos liberos qui vulgo quæsitii sunt ad matris hereditatem ex hoc Senatusconsulto admitti. Item secundò hoc est verum, & procedit, etiam extantibus legitimis; quia tales filii naturales, sive spurii, vel vulgo quæsitii, succedunt pariter cum eis ab intestato: text. est in dict. l. Si qua illustris, Cod. Ad Orph. vers. fin. cujus verba sunt: Sin autem concubina liberæ conditionis constituta, filium, vel filiam ex licita consuetudine ad hominem liberum habitam procreavit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, &c. Et idem disponit lex pen. tit. 13. 6.

(l) Vide allegatos in num. præcedent. ibi: Adde tamen, qui idem tenent.

(m) Et confirmatur ex his quæ dicuntur in leg. 40. num. 61. quæst. 7. principali, ubi concluditur, quod eo casu quo filia excluditur in successione majoratus, ita etiam filius masculus descendens ex ea: Et vide omnino quæ dicuntur infra ista leg. num. 17. Ubi quæritur, an & quando nepos natus ex filio spurio, & damnabili coitu, possit institui ab avo?

(n) Vide Gomez Arias. hic num. 7. Paleot, de Nothis, spuris que filiis, cap. 41. num. 3. ad fin.